

De Echino marino.

CAP. I.

ECHINVS marinus stomacho vtilis est, bonam facit aluin, vrinamque ciet. Huius testa si cruda torreatur, vtiliter sinegmati, hoc est, detergentibus medicamentis admiscetur, quae ad psoras idonea sunt. Cremata vero eadem, vlcera sordida expurgat, eaque repromittit quae in vlceribus ipsis excrescunt.

De terrestri echino.

CAP. II.

Terrestris erinacei corium combustum, alopeciis cum pice liquida commode illinitur. Assiccata caro & cum melle aut aceto mulso epota, renum vitiis auxilio est: itemque aquae intercuti, conuulsionibus, elephantia laborantibus & malo corporis habitu prædit s, quos cacheatas vocant: viscerum quoque fluxiones exiecat. Quin & eiusdem iecur fictili solibus perusto arefactum atque reconditum, ad eosdem usus pari modo vtiliter exhibetur.

De Hippocampo. CAP. III.

HIPPOCAMPVS marinum est animalculum: cuius cremati cinis liquida pice vel axungia aut amaracino vnguento exceptus & illitus, alopecias emendat.

De

De Purpura. CAP. IIII.

PURPURA vista vim habet exiccandi,
dentes abstergendi, excrescentes luxu-
riantésve carnes cohibendi, vlcera repurgan-
di & ad cicatricem perducendi.

De Buccinis. CAP. V.

EADEM præstant buccina concremata,
sed maiorem adurendi vim habent.
Quod si quis ipsa sale expleta in olla cruda
cremauerit dentifictiis conueniunt, ambu-
stisque utiliter illūnuntur. Sinendum vero
medicamentum ut in testæ modum indu-
retur: siquidem post obductam vulneri ci-
catricem, sponte sua decidet. Fit etiam ex i-
psis viua calx: quemadmodum in tractatu
de calce demonstrabimus.

De Cionis. CAP. VI.

CIONIA vocantur buccinoruim purpura-
rumque mediæ partes, circa quas testæ vo-
lumen clauiculatum intorquetur: Simili ve-
rò modo cremata, buccinis purpuraque ma-
gis cauisticam vim habent, quoniam appri-
mendi naturam obtinent. At buccinorum
carnes & ori gratæ sunt, & stomacho utiles:
sed aluum haudquam molliunt.

*De Mytulis seu musculis.**CAP. VII.*

IN Mytulorum genere laudatissimi Pon-
tici. Cremati, euadem cum buccinis effe-

Etum præbent. Priuatum verò, plumbi modo
cloti, oculorum medicamentis cum melle
utiles habentur: quippe qui genarum crassi-
tudines absunt, oculorum albugines ex-
terunt, & cætera quæ aliter pupillis caligi-
nem offundant. Eorundem caro ad canis
morsus utiliter imponitur.

De Tellinis. CAP. VIII.

TELLINAE recentes alio utiles, sed
maximè ius carum. Sale verò conditæ
ac vstæ & ad læuorem contritæ, tandemque
cum cedria instillatæ, euulso palpebrarum
pilos renasci non patiuntur.

De Chamo. CAP. IX.

QVIN & chamarum aliarumque con-
chularum in exigua aqua decoctarum
ius, aluum ciet: id verò cum vino assunitur.

De Vngue. CAP. X.

ONIX siue vnguis, conchylij tegumen-
tum est, ei simile quo purpura integri-
tur. Is in lacubus nardiferis Indiae reperitur:
quapropter & conchyliis nardū depascen-
tibus odoramenta resipit. Colligitur verò,
posteaquam æstiuis squalloribus lacus ina-
ruerunt. Præstantissimus qui è mari rubro
defertur, subalbidus ac pinguis. Babyloni-
cus nigrescit, atque minor conspicitur. Am-
bo verò si suffiantur, vehementem expirant
odorem: sed quadantenus castoreum redo-
lent.

lent. Hi porrò suffitu etiamnum comitiales, fœminālque vulvæ strangulatu oppressas excitant. Poti verò aluum perturbant. Ceterum conchylium ipsum vñstum, eadem quæ purpura & buccinum efficit.

De Cochleis. CAP: XI.

COCHLE ATERRESTRIS stomacho vtilis est, & ægrè corrumpitur. Laudatissima Sardinia, Africana, Astypalæica, & quæ in Sicilia & Chio gignitur, neconon & quæ in Liguriæ Alpibus, pomatis, quasi opercularis, cognominata. Marina quoque stomacho idonea est, facileque aluo excernitur. Fluuatilis autem, virofa est. *Sylvestris* verò quæ vepribus frutetisque adhærescit, quāmque nonnulli sesilon aut seselita nominant, aluum stomachūmque turbat, & vomitiones excitat. Crematæ omnium testæ, calfaciendo vrendique, lepras, vitiligines ac dentes etiam extergendi vi pollent: oculorum verò cicatrices & albugines, maculas à sole contractas, ac visus hebetudines emendant, si totæ cum sua carne vñstæ & contritæ illinan-
tur. At crudæ cum suis calicibus impositæ, hydropi corum tumores discutiunt, neque priùs amouentur, quām omnis exhauriatur humor. Sed & podagricas inflammations leniunt, ac impactos etiam corpori aculeos similiter impositæ euocant: menses quoque

K. j.